

Epigonio ordinatus, & Mapaliensis Ecclesia ministerio adscriptus, in qua biennio Lectoris officium exercerat. Cetera rationes Epigonii ad majorem ingratitudinis expressionem ex abundanter proferuntur, quod is clericus, de quo agebatur, fuerat ab Epigonio baptizatus, quod educatus, quod in gravi sustentatus inopia, quod denique idem Epigonius eundem Julianum commendasset.

5. Paulinus epist. 45. quæ etiam inter Augustini epistles inserta legitur ordine 35. refert se Burdigalæ ab Episcopo Delphino baptizatum; deinde Barcinone ad ferventem Barcinonensem civium postulationem clericum ordinatum ab Episcopo Lampo, sacramen- tū fuisse; sed tamen decrevisse a nullo alio quam ab Ambro- sio Mediolanensi Sacerdotum suscipere. Ex quo duo erunt obseruati digna; Primum quidem, exiguum & fere nullam originis & baptismi rationem in ordinationibus habitat, quandoquidem Paulinus in provincia procul ab urbe nativitatis, baptismique sui disposta & remota, in Clerum fuit, sacramen- tum Ordinem adscriptus. Ad id enim sufficiebat perfecta viri virtus toto orbe no- vissima, ad amovendum periculum ordinandum eum, qui fortassis insigni aliquo virtu, aut apud suos populares infamia laboraret, aut ob alium defectum canone ab Ordinibus arceretur. Cetero enim remittendus ad originis, vel diuturnioris domicilii Episcopum fuisset, cui perspectiores esse possent hujus ad Ordinem explo- randae qualitates. Observandum secundo, ex eodem Paulini testimonio potuisse aliquem jam in Clerum assumptum, & ordine aliquo initiatum recipere ab aliquo alio Antislite Sacerdotum absque prioris Episcopi dimis- foris: si tamen non sponte, sed quasi per vim & coac- tionem ordinem anteriorum suscepere, cum hac protestatione, nolle se addici certe ac peculiaris Ecclesia intra illum Episcopatum obsequio. Id enim Paulinus a se factum peribet, epist. 6. ad Severum, sic dicens: *Nam in Barcinonensi Ecclesia conditione consecrari adiu- itus sum, ut ipsi Ecclesiæ non alligerer, in Sacerdotium autem, non in locum Ecclesiæ dedicatus.* Ubi autem iste deerant conditiones, ab eo solo qui primum Clero ad- dixerat, vel ordinari, suscipiendo era. Sacerdotum, quantumvis alibi quis natus fuisset.

6. Præterea multa suppetunt alia hujuscem apud veteres titus exempla, præter iudicium Paulini. Origenes enim ortu Agyptius ab Alexandro Jerosolymorum Episcopo fuit Presbyter conferatus, ad solas Demetrii Praefulis Alexandrinis litteras de vita & moribus testimoniales, sine dimissoriis. Nec vero tanti meriti Presul qui Deo revelante fuerat ad Jerosolymitanæ Ecclesiæ solium pro- motus, quique vita sanctitate, & librorum quos scripsit eruditio, toti Ecclesia tamquam celeste sydus il- luxit, atque illibatam vitam gloriose tandem martyrio conclu- sit, rem indebitam attentat, aut libro in Demetrum Alexandrinum edito defendit, cuius refert elogium Hieronymus in catalogo script. Eccles. in Ale- xandro.

7. Præfatus autem Paulinus & Severus Sulpicius, scriptores ambo vita sancti Martini Turonensis Episco- pi, narrant Martinum Sabaria in Pannonia natum, in Cyri urbe Salamine fuisse, quamvis invitum & repugnante, exorcistam primum ordinatum: deinde ad magna- ores Ordines eucumeni; & deinceps Hilario Picavien- si Pontifici dum vixit adductum.

8. Epiphanius juxta Eleutheropolim Phœnicie oppidum natus, Clero, tametsi repugnans & invitus, in Cyri urbe Salamine initiatus fuit; mos Diaconus, deinde Sa- cerdos; postremo Episcopus ejusdem urbis creatus: ut ejus vita scriptor Græcus testificatur.

9. Similiter Hieronymus, Stridone oppido in Dalmatia oriundus, ab Antiochiae Episcopo Paulino Presbyter est ordinatus, ut ex ipsius epistolis 57. 58. & 61. com- pertum est. Hieronymi quoque frater Paulianus æque Stridonensis Sacerdotio ab Epiphiano Salamina, que Constantia quoque dicitur, Episcopo fuit inaugurus, ut ex Hieronymi epist. 61. liquet.

10. Augustinus, cui patria Tagaste in Africa, ab Am- brosio Mediolani baptismum, a Valerio autem Hippo- nensi Episcopo clericalem tonsuram, cunctisque ordines, atque adeo Sacerdotium suscepit, ut referi in ejus vita Possidius.

11. Pinianus nobilis & illustris Romanus, cum Hip- ponem Augustini visendi gratia concessisset, urgente atque ad clericalem militiam expofcente eum populo, se jurejurando obtrinxit, nulla alia in Ecclesia clericatu initiatus iri quam in Hippone, ut perhibet Augusti- nus epist. 225.

12. Evagrium etiam Agyptium Gregorius Nazianze- nus Constantinopoli Diaconum ordinavit, teste Socrate lib. 5. cap. 18.

13. Quin etiam Augustinus & Severus mutuo dispe- cantes pro Timotheo clero, epist. Augustini 240. & 241. nihil de ipsis patria disputant, sed solum a quoniam

fuerit ordinatus, ut eum sibi solus vindicare possit, qui clericum fecerat. Conqueritur ibidem Augustinus Ti- motheum, postquam pluries in Ecclesia sua parœcia de pulpito legerat, fuisse tamen a Severo, se inconsulto, Subdiaconum ordinatum: sed eum ad suam Ecclesiam affererat pertinere, a Severo indebito usurpatum, & ordinatum: quem rogat ne hunc aperiti finat aditum ad ordinem infringendum Ecclesiasticae disciplinae: sed Ti- motheum ad se dimittat, ne iste ulterius perjurio suo Deum offendat, postquam Ecclesia, in qua primum ordinatus est, juravit se nullatenus ex ea difcessum. Ex hoc Augustini loco perspicua fit veteris Ecclesiæ consuetudo, qua is qui Clero ascriberetur juramento spondebat stabilitatem in Ecclesia, cui per ordinationem pri- num alligabatur: qua tamen sponstone se devincire Barcinonensis Ecclesia Paulinus recusavit, & ipse Hiero- nymus Antiochenus, quia in sua ordinatione nullius se ministerio addictum iri protestatus est, ut de se ipse. met scribit epist. 61.

14. Collapsa demum aut saltē labefactata Ecclesiæ disciplina, ex quo laudabilis desit consuetudo, traditione Apostolica, factisque veterum Conciliorum San- ctionibus stabilita, ut quilibet clericus in ordinatione sua certe & particularis Ecclesia obsequio deputetur, a qua discendere posthac non sit ei liberum, ut statutum generalis Concilii Arelatensis primi can. 22. & ecumeni- carum synodorum Nicene prime can. 15. & Chalce- donensis can. 6. facta demum clericis pro libito ab una ad alteram Ecclesiæ commigrandi licentia & potestate, tum primum invavit proprii Episcopi notio & acceptio diversa. Tria namque distincta sunt Episcoporum distinc- tiones, ad quos unicuique liberum esset recurrere, ad quosvis ordines suscipiendo: hi vero sunt Episcopi vel originis, vel domicilii, vel beneficii: cuius distinctionis primus ex iis qui superfluit meminit canon Bonifaci Papæ VIII. c. nullus, de temp. ordin. in 6.

D I S S E R T A T I O XVIII.

*Quisnam fuerit priscorum Episcoporum Senatus
an Presbyterium.*

1. Prioribus Ecclesiæ saeculis viguit Sacerdotum, ac Diaconorum, quibus tum Cathedralis Ecclesiæ nobiliora ministeria & officia, tum inferiora parochiarum cura & Sacramentorum administratio incumbebat, collegium; quod quoties convocabatur, solebat Presbyteri nomine designari. Hujus meminit Paulus dicens 1. Timoth. 4. *Cum impositione manuus presbyteris, & Ac. Apost. qui Antiochenæ Ecclesiæ ministrabant, & Spiritu Sancto comitente, manus Paulo & Barnabe imposuerint, & ad prædicandum gentibus missarunt, hi componebant Ecclesiæ Antiochenæ presbyterium.* Quemadmodum etiam Jerosolymitanæ seniorum illi, qui una cum Apostolis decretum suum de immunitate a legalibus observationibus ad Ecclesiæ Antiochie, Syrie, & Cilicia transtulerunt per communias ac Synodicas litteras. Tertullianus Apologet. cap. 39. de convenientibus Christianorum sic loquitur: *President probati quique seniores.* A senioribus enim qui Grece πρεσβύτεροι dicuntur, denominatur Presbyterium.

2. Insuper apud Cyprianum extat epist. 3. Cleri Romani ad Clerum Carthaginensem, quo tempore per Fa- biani Romani Pontificis tecens martyrium supreina se- des vacabat: Cyprianus vero per fugam, eadem seviente persecutione, latebat: unde colligitur, Presbyterium non modo a consiliis præsenti Episcopo fuisse, sed ad ipsum quoque, vacua Episcopali sede, praefecturam & follicititudinem Ecclesiarum pertinuisse: quemadmodum Capitulum viduatæ Cathedralis Ecclesiæ nunc quoque curam gerit, idque his verbis ibidem fatis exprimit Romanus Clerus: *Et cum incumbat nobis qui videmus præpositi esse vice Pastoris, & custodiare gregem.* Idemque alias ad Cyprianum Romana ex urbe litteras miserunt, quibus iste referit epistolam suam quartam. Cumque diuturnior est Romanæ sedis vacatio, Cyprianus item Romanum Presbyterium interpellat epist. 23. & 29. cui a Romano Clero respondet epist. 30. & 31. Presbyteri pariter idem meminit Cyprianus epist. 35. 46. & 49. Qui Fabianus martyrem exceperat Cornelius Pa- pa, in eadem epist. 46. ad Cyprianum de Cleo Roma- no in Concilium a se convocato, sic ait: *Omnis igitur actu ad me perlato, placuit contra Presbyterium.* Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie presentes fuerunt, ut firmato concilio, quid circa personam eorum observari deberet, consensu omnium statueretur. Sitius item Papa, epist. 2. *Facto igitur (ait) Presbyterio, con- stituit doctrinæ nostræ, id est legi Christianæ, esse contra- ria.* Unde omnium nostrum tam Presbyterorum & Dia- conorum, quam totius etiam Cleri una lata fuit sententia.

3. Quod

De Symbolo Athanasiano, &c. Diff. XIX.

37

3. Quod hic dicitur Presbyterium, Hieronymus ad Rusticum Cleri Romani *Senatum* vocat, quia sine hu- jusmodi consilio Romanus Episcopus nihil arduum ag- gredi solet: Senatus iste componitur etiam nunc ex Episcopis Romanae provinciæ suffraganeis, & Presbyteris atque Diaconis titulorum seu Basilicarum Romanae ci- vitatis, qui jam vocantur Cardinales, quos etiam pur- pureo amictu decoravit Innocentius quartus in Concilio Lugdunensi generali anno 1250. Similiter Presby- teria seu Senatus ceterorum paucis Episcoporum non fuerant a primavo canonici choro addicti, qui olim Cantorum nomine cenfebant, ut neque nunc Rome Canonici præcipuarum Basilicarum Lateranæ aut Vati- canæ; sed honoratores Ecclesiæ Cathedralis officiales Presbyteri, cum Parochi urbis. De hujusmodi Presbyteris sic decernit Gregorius Magnus lib. 11. epist. 49. ad Joannem Episcopum Panormitanum: *Tabellarium una cum confusu Seniorum & Cleri meminerint ordinandum, qui anni singulis, ad amputandam fraudis suspi- cionem, solemniter debeat rationes suas exponere.* Et subinde: *Si quid de quocumque clerico ad aures tuas pervenit quod te juste posse offendere, facile non credas, nec te ad vindictam res accendat incognita: sed prefa- titibus Senioribus Ecclesiæ tua diligenter est veritas per- scrutanda; & tunc, si qualitas rei poposcit, canonica districcio culpam feriat delinqentis.*

4. Seniores illi conferri possunt ad Episcopum, quemadmodum ad Moysem. Ait enim in comment. ad epist. ad Titum: *Episcopi meminerint in commune cum Presbyteris Ecclesiæ regere, imitantes Moysem, qui cum habe- ret in potestate solus præesse populo Israel, septuaginta elegit cum quibus populum judicare.* Alexander Papa III. in c. novit de his quæ fiunt a prælat. fine conf. Capit. hoc statuit. *Novit tua discretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui unum corpus sis, ita quod tu caput & illi membra esse probantur. Unde non decet te, omis- sis membris, aliorum consilio in Ecclesiæ tua negotiis uti, cum id non sit dubium & honestat tua, & sanctorum Patrum institutionibus contrarie.*

5. Temporum tamen successu Senatus Episcopalis jam non Parochi & Ecclesiarum Auctoribus constat, sed Canonicorum est, qui sibi ex omnibus Ecclesiæ fun- ctionibus, non Sacrificia, non Sacramentorum, non Doctrina, non Catechesem, non verbi Dei ministrum; sed munus sanctum quidem, his tamen longe inferius, Ecclesiasticum cantum aciverunt, qui cantus solis olim infinitis Clericis reservabatur, aeo ut can- tores a solo Presbytero, nullo Episcopi interventu, constituerentur: cum tamen Ordines etiam minores ne- mo conferre possit præter Episcopum, ut liquet ex Concilii quarti Carthaginensis canone 10. Concilium etiam Romanum præsidenti Magno Gregorio Papa, cuius ipse meminit lib. 4. epist. 44. & refertur dist. 92. cap. in san- cta Romana: *vetus Presbyter & Diaconis in Ecclesiæ cantare, eo quod essent sanctioribus & sublimioribus Officiis addicti.* Huc etiam spectat inferius videndum Laodicæa Synodi can. 15.

D I S S E R T A T I O XIX.

De Symbolo Athanasiano.

1. D uas legimus Græcas hujus Symboli editiones, unam quidem Latine (quam originalem & prototypam omnes agnoscent erudit) plene conformem, circa processione Spiritus sancti a Patre Filioque: alteram, que Filii vocem inde, Græco errore, oblite- rat, aliaque passim interpolat. Ex antiquis qui hujus meminere symboli seu professionis fidei, Hincmarus Rheimsensis (qui anno Christi 848. floruit) ita statuit: *Sermonem Athanasii de fide, cuius initium est: Qui- cunque erit salvus esse, memoria quicunque commendare, & sensum illius intelligere.* Sed Hincmaro paullo anti- quiori Ahyton Episcopus Basileensis tempore Ludovi- ci II in suo Capitulari cap. 4. sic decernit: *Quarto ut fides Sancti Athanasii a Sacerdotibus discatur, & ex corde die Dominicæ ad horas primas recitetur.* Quintam circumfert præfus Augustodunensis canon, quem verisimile est fuisse in Augustodunensi Concilio editum, cuius epocham refert Sirmondus ad annum Chr. 670. ita lanciens, *Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel Clericus symbolum, quod inspirante sancto Spi- ritu Apostoli tradiderunt, & fidem sancti Athanasii Pres- bus irreprobuscibiliter non recensuerit, ab Episcopo con- demnetur.* Quod vero testimonium Augustodunum tribuit, in Psal. 120. cui fidem adhibet Cardinalis Bellar- minus, auctoritatem, & falso suppositum ab aliis eruditis communiter censetur. Baronius illud testimonium lev- itabatur, Notitia Ecclesiastica.

2. Peræ pretium haud exiguum fuerit originis, & legum jejuniæ Ecclesiastici tractationem ins- tituire, cuius præfca severitas temporum in sequentium decursu admidum remissa laxataque est. Quod vero ad Quadragesimam spectat, ejus origo altius quam ad Telephorum Romanum Episcopum referenda est, qui sub Antonino Pio Cesareo Martyr occubuit. Enim vero multis ante hunc annis sanctus Martyr Ignatius scribit ad Philippienses: *Quadragesimæ jejuniæ ne- spernatis, continet enim exemplum conversationis Domi- nice.* Immo jam inde a primordiis Ecclesiæ Apostolos instituisse comporta res est, attestante Hieronymo epist. ad Marcellam: *Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum vero anno tempore nobis con- greui jejunamus.* Deinde subtexte de Montanistis hæ- reticis: *Illi tres in anno Quadragesimas faciunt, quasi tres*

ter perfingit, non tamen confirmare audet, quamvis id symbolum indubie Athanasio adscribat. Locum vero illum Augustino attributum Loyanienses ideo expun- erunt, quia non reperiunt in illis antiquis Manuscriptis, ut observat quoque doctissimus & perpicacissimus Jacobus Sirmundus Societas JESU.

2. Athanasium porro non esse illius professionis fidei auctorem multa suadent. Sanctus hic Doctor perpetuus & præcipuus fuit vox *confessionalis* assertor, qua veluti tesserba discernebant a Catholicis Ariani, nec illam omisifet suo tempore usque adeo necessariam in symbolo fidei a se edito. Præterea idem se prorsus alienum monstrat a condenda nova fidei formula, nec aliam Ariani, quam Nicene Synodi (in qua confi- stantia definit) permittit; cum tamen in omnes se formas verterent, multaque in dies formulas fidei procederent; ut Nicenam in odium confessionalitatis abolerent, ut ipse Athanasius Ariani idem exprobaret, & vitio vertit, præsternit in suis quatuor adver- sus eoldem sermonibus, & in epistola ad Antiochenos.

3. Hoc idem præterea convincitur, quia hujus profes- sionis verbis: *Unus omnino non confessione substantia, sed unitate persona, direc- te refelluntur duæ heres, que nondum tempore Athanasi innoterant: scilicet heres Nestorii, & altera Eutychis, que in Christo di- vinitatem cum humanitate confundebat, emeritaque sub Leonis magni Pontificatu: damnataque fuit primum a Flaviano Constantinopolis Episcopo, deinde a Leone Papa occumena Synodo Chalcedonensi. Palniare uti- que est istud argumentum. Quis vero credat tantum fuisse Romana Ecclesiæ offusam caliginem, quæ in suo (quem in proprium usum confecrat) Codice, quacunque agnoveret fidei professores, follicite compilaverat, & hanc Athanasianam neglexerat, aut ignoraverat? Idemque de doctissimo & sapientissimo Leone Magno quis sibi perfudeat, dum follicite conquista veterum Patrum Ecclesiæ Doctorum ad refellendam Eutychianam heresem accurate congerit testimonio, illud unum (quod præcipuum & evidens, majorisque præ reliquis debuisset esse auctoritatis) Symbolum Athanasi prætermis, si tunc temporis Ecclesiæ innotissem; præsternit cum in suis admonitoriis ad ecumenicam Synodum libris, neque ipse, neque ecumenica Synodus, alia Athanasi loca minus evidenta, minorisque quam fidei Symbola auctoritatis, adversus Hereticum dogma siluerit. Ea vero magis memoria inhærente, atque altius menti Summi Romæ Pontificis, ejusque confilia- torum insigil debuisset, si verum extitisset (quod perh- bet Annalium conditor) Athanasiū, quando Romæ aduersus Eusebianos causam coram Pontifice Julio tuebatur hunc fidei libellum Latine scripsit, & in prætentum argumentum iustificans, eisque affidit, ipsi omnibus professionem hujusmodi appro- bantibus. Quod idem de Cælestino Rome Presule, necnon de Cyrillo, qui Athanasi in Alexandrina Ca- thedra successor Episcopus, & Cælestini in Ephesina Synodo præfidens Legatus, in congerie Patrum, quorum testificationibus oppugnanda erat Nestoriana heres, hanc solam eamque primariam nullatenus omissem. si eam perspeciem habuissent. Enim vero unitatem per- sonæ in Christo, ut fidei veritatem, Symbolum iudic- proficitur, cum tamen Nestorius duas Personas divinam humanamque in Christo distinctas affereret. Geminum istud argumentum tanti est, ut in injuriam tantorum Pontificum & generalium Conciliorum, a quibus pro- figata sunt heres Nestoriana & Eutychiana, redun- det Symboli hujus tamquam Athanasi assertio.*

D I S S E R T A T I O XX.

De veterum jejuniorum Ecclesiæ origine & ritibus.

1. O peræ pretium haud exiguum fuerit originis, & legum jejuniæ Ecclesiastici tractationem ins- tituire, cuius præfca severitas temporum in sequentium decursu admidum remissa laxataque est. Quod vero ad Quadragesimam spectat, ejus origo altius quam ad Telephorum Romanum Episcopum referenda est, qui sub Antonino Pio Cesareo Martyr occubuit. Enim vero multis ante hunc annis sanctus Martyr Ignatius scribit ad Philippienses: *Quadragesimæ jejuniæ ne- spernatis, continet enim exemplum conversationis Domi- nice.* Immo jam inde a primordiis Ecclesiæ Apostolos instituisse comporta res est, attestante Hieronymo epist. ad Marcellam: *Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum vero anno tempore nobis con- greui jejunamus.* Deinde subtexte de Montanistis hæ- reticis: *Illi tres in anno Quadragesimas faciunt, quasi tres*

passi